

Wist Acad. Fug. 1777.
ROCHI HONERDI. I. C.
ET
SVPREMI IN HOL
LANDIA CONSISTO
RI SENATORIS

THAMARA
TRAGOEDIA.



LVGDVN NI BATAVORVM.
Ex Officina Ioannis Patij, Academix Type
graphi, Apno. 1161.



Amplissimis Clarissimisque Viris

D. D. D.

APOLLONIO SCHOTO, I. C.
COLLEGÆ NOSTRO.

HVGONI GROTIO, HOLLAN-
DICI ZELANDICI QVE
SCI ADVOCATO,

DANIELI HEINSIO, IN ACA-
DEMIA LVGDVN-O-BATA-
VA HUMANIORVM LITE-
RARVM PROFESSORI,

AMICIS SVMMIS. S. P.

DV M laxamenti aliquid
gravioribus studijs foren-
sibusq; occupationibus ex
tragœdiarum lectione peto, paulo;
(.:) 2 vltc;

vlterius progressus sum. Nam & stilo delectatus, & argumenti d. g- nitate (scitis enim plerasque circa res personasque arduas versari) ex- citatus, occulte in fiduciam nescio quid tentandi incidi: non quidem tanquam mihi de scribenda tragœ- dia jam tum esset animus, sed vti venæ in carmen luxuriantis impe- tum sedarem. Dissu- eram jam olim huic studio: redierunt tamen mediocri cura ad numeros suos verba. Inf cerat sermonis ele- gantiam fori barbaries: hanc quo- que si non ad exactissimam latinitatis, ad eum profecto nitorem cuius non pudeat hominem pragmati- cum, itidem reduxi. Iam eousque processerā, vt versus quos condide-

ram

ram scenam pudenter appellarem: jam in Chorū enitebar: jam Actum aliquem, & si Musis placet, justum operis nescio cuius membrū effin- xerā. Denique citius prope tragœ- diam absolveram, quam me illud agere serio ipse crederem. Qui in confragosis rupibus cochleas ve- nantur, legēdi studio, in ipsa mon- tium fastigia s̄epe evecti sunt, ante- quam attolli sese sentirent: ita nos omnes crepidines, omniaque præ- cipitia evafisse tunc demum vidi- mus, cum eo devenissimus, quo ire ipsi nos ignorabamus. Neque hæc a jactātia (nōstis verecundiam meam) sed ex conscientia tenuita- tis accipite. De edendo nunquam me somniasse dicerem, nisi apud

(..) 3 illos

illos supervacuum foret, quibus de non scribendo jamdudum fidem factam existimo. nec est tanti gloria quā ex tergiversationis affectatione debeam sperare, vt eam mētiendo augeri velim. Illud quidem verecunde fateor, hactenus mihi foetum hunc placuisse, vt non fuerit consiliū eum necare, antequam vobis bellum istum pusionem sine villa conceptione natū exhibuissem. Scitis quid singulis de eo judicij fuerit. Cui cum pudor mēs resistret, conjuncti deinde sententiam vestram in authoritatē vertistis. Quid facerem? candori vestro repugnarem, vt morosi? meā famā, vt contumaciter fastidiosi vitium incurrerem? Dedi pro parte manus

nus vestrā amicitiā, nē de corūm fidē dubitarem, quorum vt eruditōrem & censurām, ita singulare erga me studium veris experimen- tis cognoram: tantis certe sponso- ribus publico non erat prohibenda nostra Thamara. Periclitabor itaq; in ista famā stomachum. Priorem autem (duas enim, qui nullam nu- per, conceperam, jam tragœdias pe- peri, in specula continebo. Cū nul- lius hæc indignatione emitti po- test; cum aliquo etiam pictatis fru- ctū. Altera quoque hanc ad per- muniendam ad operosius nomen viam, depositere sibi videtur. Ne- mo vñquam in arenam, nisi armis innoxij exēcitatus, descendit. Le- vioribus cibis irritanda est famē,

antequam ad cœnæ caput accedas.
Accipite igitur, Viri Ampliſ. Thamaram nostram, plus prope vestri patrocinij prejudicijs, quam authoris curæ aut ingenio debituram. Aliorum vellicatiunculas, eorumque præsertim ineptias, qui a nostro munere ac dignitate poëticam arcent, suo supercilio committo: neque adeo vt illis satisfaciā summorum jmo supra conditionem meam virorum exemplis, defensionem mihi non necessariam adhibeo. Poteram enim istis tam crudæ severitatis hominibus ex antiquis quotquot in tragœdia sive Græca sive Latina ordinē aliquem duxerunt, ex nostris, vt alios taceam illustrem Thuanum, vosque ipsos,
quo-

quorum in Republ. nostra nō pœnitenda est opera, opponere. Nobilissimū enim Ianū Dousam & vi-
rum, & poetam, & senatorem, ipsi cogitare debuissent. In hoc namq;
pulvere, quam decore summus ille
noster aliquando collega cucurre-
rit, provectiones ætate senatores
meminerunt: nosque ipsi in cun-
demordinem vivo etiamnum illo
accensi, admirati sumus. Sed miseri
angustique animi est, de ampli-
tudine hujus studij dubitare; for-
taffis etiam nimis arrogantis, in fe-
riantium Principum, Consulum,
Imperatorumque exercitia assur-
rexisse. Ego quidem hujus peccati,
modo si peccatum sit, notam de-
precor. Adeoque profiteor, existi-

(.:) s . ma.

mationis nostræ alcami, numquam
me in eo scribendi genere, in quo
non nisi summæ existimationis vi-
ri olim desinebant periclitaturum
fuisse, nisi vestræ fidei atque autho-
ritati summa apud me fuisset fides
atque authoritas. Valete Amplissi
Viri, & nos, vt facitis amare pergit:



AD D. R. Honartium, vi-
rum senatorium, vt edat
Thamaram tragoe-
diam a se com-
positam.

Sta Sophocleo certantia scripta cothurno,
Vel si qua Latio grandius ore sonant:
SQuod premis, aut puncis præbes volvenda
togatis,
Digna teri docta quamlibet illa manu,
Que te tanta tenem clarae fastidia fame?
Cur votis longa post eritatis obes?
Scilicet incensis agitate furoribus Amnon,
Impunis nimia vah pietate patris,
Factus post longum rursus culpabilis avum,
Hac etiam inficies secula labe tua?
Totq; aduersa tuo sceleri præcepta recondet
Squallida perpetuo nox adoperta situ?
Et dein quisquis erit sublimibus apta cothurnis
Scripta hac a sancto qui Samuelle leget,
Næ falsus tot jam mirabitur illa postas
Talia tam clausis preteriisse oculis.

Qui

*Qui noxe poterat te in partem, Honarte, vocare.
Quod levior factō pēna sit ista suo.
Vel quā serorum est in spēm concepta nepotum,
Extincta sobolis scribere lege reum.
Di melius. faustas & lucubrata per horas
Nolu Letheis mergere durus aquis.
Sic vel sera suis Mūsis gratabitur atas,
Damnata hoc saltē carmine facta legens.*

APOLLONIUS SCHOTT.

*In Viri Clarissimi
ROCHI HONERDII SUPREMI
AUDITORIIS ENATORIS TRA-
GOEDIAM THAMARAM
HYGONIS GROTI EPIGRAMMA*

*H*erculeus labor, & soli fugienda Mycene
Scilicet, & scelerum tot rea prima ratis,
Et nunquam Thebae sine crimine, & aspera fata
Quae Troia vīctor, vīctore Troia tulit,
Varibus hæc Græcis, hæc declamata Latinis,
Non male mentiri laus quibus una fuit.
Tu melius, sicut doctumq; piumq; decebas,
Coniungis tragicos cum pietate modos.
Nec reris cantare nefas, que credere fas est,
Nectibi religio est religiosa sequi.
Qui numeros, qui verba capit, qui pondera rerum,
Suspicit, ut vacue nobile mentis opus.
Tu fervente foro, medijs in litibus ipse,
Secessu dignum cārmen, Honerde, facis.
Sancta senatoris gravitas in carmine lucet,
Et domini mores seria charta probat.
Ipsa pudore rubens trepidat scribentis ad ora
Regia fatidico nata parente Thamar:
Et, mequens ne quid possit peccasse videri,
Varis verba, notas iudicis esse putat.

In Clarissimi Viri
ROCHI HONERDII
 supremæ curiæ senatoris
 dignissimi Thamaram &
 alte amicu[n]i edi-
 tam tragœdiam.

Augustioris inclytum togæ lumen,
 Decusque cuncta temperantis Astræa,
 Quæ veritatis lance librai exacta
 Momenta legum, i. dicemque non audit,
 Nunc & Camanis grande pondus Honerdi,
 Auctoritate vel datius exemplo;
 Sic te per omnes fama spargat atates,
 Nomenque milles sacerdos tuum tradat,
 Ut nos faventieis sensibusque desfixos
 Facunde vates in tuas rapis larves,
 Dum carmen audax exeris cothurnatum
 Inter libellos, & fori graveis curas.
 Talis Sophocles Atrica parens scena,
 Nunc civitati ira dixit & leges,
 Nec indiserto flexit ore Thebas:
 Nunc in theatro, meta laudis humane,
 Famam tragœdi publico tulit plausit.
 Vis quippe rerum, tum severa maiestas

In vate, servant non minus senatorem,
Togaque princeps, syrma gestat atque implet.
Sive impotentes voce laffat Aiaces,
Cademve iactat & nefas Oresteum,
Virumque matris tradit Oedipum fame,
Omnesque vexat nenia poetarum.
Te patriæ laus, aut Batava libertas
Ad alta natum semovent rudi vulgo.
Nunc sanctiore concitatus afflatus
Reges adornas & duces Idumeos,
Phædrasque & omnes dedocet Clytemnestras
Sonare vates, impiasque Medeas,
Indigna stupro, sed tamen stuprum passa
A fratre virgo; nata maximiregum,
Summique vatum, sceptra quem pedo quondam
Mutasse sacræ credimus vetustati.
Ne desit horror & scelus theatrale,
Pietasque vatis legibus suis constet,
Vatis severi: qui Deo vorvet tempus
Quodociatur, patriæque quod cessat.

DANIEL HEINSIVS.



AD LECTOREM.

BEnigne Lector, Thamaram tibi exhibeo; tragœdiā, cuius argumentum secundo Samuelis libro, capite decimo tertio reperies; item apud Iosephum, libro septimo, capite septimo. Piacuit in exercitiū ingenij hæc materia, neque a cothurno abhortere visă est. Itaque novam rem orsus, pro captu meo ad antiquum modum, lucubratiunculam hanc ciliavi. Stetit mihi fateor non nullo labore. Vicit tamē voluptas quam ex tractandi ratione cepi. Tantis erat nullo exemplo ad leges tragœdiorum intactum hactenus argumentum redigere, vt cū ipsa difficultate luctari n̄e non posse n̄uerit. Pauci dignitatem hujus studij, unus aut alter normiam percepérunt. Ego in me conatum potius quam successum amo. Duas viri amplissimi Hugonis Grotij, vnam Daniellis Heinsij tragœdiā habemus. Quos si veram viam inivisse dicam, parum ad utriusque eruditonem, si ad antiquorum sublimitatem per-

* *

venci-

venisse, plusculū fortasse ad corundē verecundiā
dixisse putabor. Scimus tamen quid de Chri-
sto Patiente alterius, docti sentiant: quid autem
de Infanticio Herodis alterius, si quando lu-
cem aspicerit, judicaturi sint, ex Auriaci fama,
jam nunc prævideo. Meo quidem animo vsque
ad exemplū placet, quidquid hujus vidi. 'Noli
mirari si post illos, & nos aliquid ausi simus;
ipsisque adeo si publicæ expectationi non satis
fecero, imputato. Quippe dū illorum fidem se-
quor, in judicia vestra incidi; quæ vt mihi tam
sint aqua postulo, quam tantorum viorum
apud vos esse magnam autoritatem novi.
Spero equidem tibi hanc nostram, si non ver-
borum calamistris, pietatis certe pondere, oc-
cultisque præceptis placitaram. Non hærebo
in consideratione illius viri, qui solus omnena
omnium vitā, fortunam, ac conditionem, ex-
plo suæ, sive divinæ indulgentiæ sive calamiti-
tatis humanæ ratione, possit instruere: ad eos
transibo, quorū flagitijs & contumelia in poe-
nam illius (Davidem intelligo) vsus est Deus.
Tota namque hæc actio nihil aliud est quam
implexa disciplina. Quid enim? Nonne te
Amnonis incestus amor, claudere oculos ad
vetitas illecebras decebit? Ionadabi ver-

sutia

sutia, purpuratorum nebulonum nequitiam?
Thamaræ injuria, parentum libidinem, libe-
rorum contumelia plerumque expiari? Absa-
lomi minæ, prætextus quos ambitio fraterno
odio querit? Hæc profecto ex ipso argumento,
vt versus & quidquid a me est, quod admodum
leve esse fateor, omittam, haurire poteris.
Pluraque ejusdem philosophiæ: quæ neque in-
utilia, neq; injucunda tibi fore, benigne Lector
credo: atque vt ita sit, summopere opto. Satis
mihi erit, & supra eruditionis famam, modo
in hac qualicunque scriptiuncula, si non mag-
nos nostræ eruditionis, aliquos tamen pietatis
progressus, deprehendas. Me enim in his
esse profiteor, qui eruditionem abesseab illis
scriptis non existimant, a quibus non abest pic-
tas. Vale.

PERSONÆ.

AMNON.

IONADABVS.

CHORVS.

DAVID.

SENEX.

THAMARA.

ABSALOMVS.

ROCHI HONERDI. I.C.
ET SUPREMI IN HOL-
LANDIA CONSISTO-
RI SENATORIS
TRAGOEDIA

THAMARA.
SCENA PRIMA. ACTVS PRIMVS.

AMNON.

*Iam purpurans crispat Aurora crocum
Eous Hermon, inq[ue] procinetū diem
Stantem paratis Phœbus expectat rotis:
Nec adhuc mariti gemmeus roris liquor
Cessit calori, quasq[ue] presserunt feræ,
Infida monstrant prata pastori notas,
Certisq[ue] lustra deferunt vestigij.
Iam claustra circum mugium lataboves,
Herbasq[ue] languens pravorat gratas fumes,
Dum folia caule firma nocturno vigent,
Fruticesq[ue] rictus inter arenes crepant.
Strepunt relicti garrula nida aves,
Et post salutem voce sacratam Deo,*

THAMARA.

Aut castra lento parva suspendunt luto,
 Aut laza sôboli pabula implumi vehunt.
 Duras arator preparat stivæ manus,
 Et ad labores integros ipse integer
 Vocat iuvencos: vela deducunt rates,
 Sumpisque Zephyros navita tonsis vocant,
 Et fervet omne mane. Me duro expulit
 Gratæ quietis nescium peccus thoro,
 Suasq; luci reddit exosæ vices,
 Dum fata curas sortis alternant meæ.
 Hinc ille nuper gentis Hebrææ nitor
 Quem stupuit omnis Isaci vultum nurus,
 A fratre primum languet: & flagrans malum
 Fædis decentes induit rugis genas,
 Tacitoq; morsu carpit ataris decas.
 Vnde ista morbi pestis infelix mei,
 Turpisq; cæcis astrens venis amor?
 Cur ipse vane vota detestor spei?
 Cur non potiri malo? cur flamma piget?
 Odisse poteram sanctius. Crescit nefas
 In fratre nostrum. Gentis o faustæ parens
 Magnanime rector, cuius electum caput
 Iussu suave fragrat unguentum Dei,
 Quassatq; pollens sceptra Iacobi manus,
 Tuasne crimen istud in proles cadat?

Hos

TRAGOEDIA.

Hos in penates intret incestus calor?
 Spera nepotes genitor, & seriem pia
 Dispone gentis. placuit Amnoni Soror:
 Sic illa stirpis clara maiestas tue
 Virtusq; eundem porrigit scælis avum?
 Cur cessat ausper flammæs nata pater?
 En ille fidibus dignus hymenæus tuis!
 Sic regna certo iurat heredi Deus!
 Quin ipse peream potius, & vita luam
 Concepta mentis dira; solvamus patrem,
 Solvamus omnem scelere monstrifico dñnum.
 Nec quere plagam magne regnator poli;
 Hac expiari noxa vel flammis potest,
 Potest vel undis: seu magis misere placent
 Elementa poenæ; iunge Neptuno faces,
 Et sulphur atræ nube Tartareum plue,
 Virtusq; nostrum sufficit crimen malo.
 Sed cur iniquus ipse se torquet furor,
 Propriamq; culpam durus exactor premit?
 Maiora facilis scelera dissimulat Deus,
 Prætextus istas aliquis excusat faces.
 Namq; illa prima iuris humani parens
 Natura, votis haut reluctatur meis.
 Fratrem sorori culpa disunxit patrum
 Quos iunxit atres melior: ascendit thorum

A 2

Soror

Sororis alter gentis augenda parens;
 Primumq; nexus crevit agnatio genus.
 Duos in unum nuptia co-pus ligant,
 Coniuncti fratri iura germana occupat.
 Decreta dura legis admittunt tamen,
 Adeoq; cogunt fratri effaci thorum
 Inire fratres. Ergo si frater daret
 Lecto sororem, nupijs nostris soror
 Esset petenda. quam dedit caram mihi
 Genitor sororem, criminis nobis metu
 Fugienda tanti est? haud procul distas meum
 A lege facinus. Sanguinis miseri scelus
 Momenta proprie vera si labis trahat,
 Ipsoque iustum crimen ex facto venit,
 Cur iura non sunt certa? cur olim duas
 Dicit sorores Abraha antiqui nepos,
 Alijsq; septem nuptias annis emit?
 Pium parentem filiae quondam impie
 Fovere gremio: pena deceptum senem
 Ecqua insecura est? utraq; in gentem nurus
 Semen paternum filia immane mexitulit,
 Fecunda monstros, eque tam iuncto dedit
 Patri nepotes, & sibi fratres thoro
 Impune, quamquam mater horrebat sale,
 Et adhuc recentes Sodoma ruat et faces,

Leviore summa passa vindictam malo.
 Sed quid: quid error vanus exemplis docet?
 Vnde ista misera colligit mentis furor?
 Sic sic profecto est, crimen autori placet,
 Nec se patrono facile damnatur nocens.
 Sed perge porro perge lethalis lues,
 Purga nocentem. Quidquid abstrusis lateb
 Succi medullis, hauriat sevus calor.
 Mori pudico liceat. Infelix soror
 Quo te redegit fratri insani furor?
 In crimen anceps ille te ignaram trahit;
 Incesta facilis, dura diceris negans.
 Sed vox premenda est: plura Semina uerat.
 Garere turpis arbitrio debet Venus.

SCENA SECUNDA.

IONADABVS. AMNON.

ION. Prognate summo patre, quem tuto in loco,
 Fortuna celse posuit illustrem domus,
 Quis tantus imum pectus exurit dolor?
 Cur nulla eandem conspicit frontem dies,
 Spoliant q; vultus singula noctes tuos?
 Quo primus ille cessit aratis vigor,
 Notumq; magnos inter aquales decus?

THAMARA

Qua tabe, fare, debiles artus fluunt?
 AMN. Quid me sepultas intimo curas jubes
 Animi recessu prodere? & causas mali
 Melius latentis? patere quem sacerdos premis
 Deus, pudendo vulnera, occulit premi.
 ION. Temere benignum stolidus accusat Deum.
 Tua ipse caro vota praeccurrit favor.
 Omitio regna patriis, & cunctis patrem
 Regnis priorem, munus hoc genti Deum
 Commune dederit; iure nascendi tamen
 In hac vocari, fortis hoc, fortis tua est,
 Omnesque solido diluit curas bono.
 Nil impudentis quo spei extendas sinus
 Ultrarelictum est. AMN. Qua patas vulgas bona,
 Regnum, triumphos, dignatem, gloriam,
 Metire placida mente: si mentem quatit
 Macror natantem, quique spinosis movens
 Curis quietos turbat affectus labor,
 Mox pretia migrant, seque pro mentis statu
 Hoc vana iactant: muricis sacrinitor,
 Gemma, rubentis munus augustum sali,
 Suffultacedro tecta, cedrus divite
 Auro revincta, fluctuantem pectoris
 Non sifit estum. Gliscit ex latit malum,
 Et in beatos gravius insurgit dolor.

ION.

TRAGOEDIA.

7

ION. Quin casus illos sepe prosternit leviss;
 Nil ferre possunt, ferre qui minimum solent.
 AMN. Parumne patitur, cuius infastum iecur
 Sensim perennes excedunt intus faces,
 Quem nec parata regio luxu dapes,
 Doctave capiunt arte pulsatae fides,
 Sed tabe languor inquietus longa terit.
 ION. Non sic amici nota spernatur fides,
 Ultra premendo: quidquid abscondit dolor,
 Ista in aures prome; nec segnem manum,
 Nec imperiti verba damnabis viri.
 Quid ora vertis? alta quid summo trahis
 Lamenta corde? AMN. Scire qui morbum capit,
 Posit mederi. ION. Cur opem nostram abnuisti?
 AMN. Et cur a morbi & morbus ex equo nacet.
 ION. Virtute sapiens dura fortuna domat.
 AMN. Dat ista nullum plaga virtuti locum.
 ION. Nullumne fraudi? Sape quod virtus nequit,
 Dolus peregit. AMN. Ipsa spes votis obest,
 Suoq; misera vulneri cedit salus.
 Cupio perire. ION. Pariter excindes domum.
 AMN. Si scelere posset, scelere constaret meo.
 ION. Obscura miseria netis, & dum defugis
 Tamen aliquid recludis. agnosco notas
 Malis prementis, sed malis tantum notas.

AMN:

AMN. Nunc se medullis abdit occultis lues,
 Latebrisq; gaudet: fronte nunc tota invat
 Praferre plagam: sequ' iactando foveat,
 Dum deprehendi vulnus infernum cupit,
 Ipsoque modis pene me morbo magis
 Latere moburn. ION. Fallor an vestigis
 Pestilentem? buc odor duxit sagax.
 Est una miseros causa mortales ciens
 In hostumultus. primus ex oculis furor
 Artu per omnes, omne per corpus meat,
 Atque virus noxiun in venas abit.
 Gentilis error imputat vulnus Deo,
 Quem nost' i Amorem numinis vani ferunt,
 Huic sagittis saucium peccatis geris.
 Nunc te per illud lospitus regnum patris,
 Per spem tuorum, per tuum obtestor caput,
 Me amque de cixam: pande, quo vultu peris?
 AMN. Iuro potius consciuum numen Dei,
 Excutere volui (siqua successum dare
 Fortuna laeso), quidquid incumbit malis,
 Postquam latentes ignis in venas yit,
 Rapuitque morbus corporis fracti decus,
 Tugminte peior. Morte viuemus scelus,
 Turpes premamus frigore aeterno faces.
 ION. Necdum fateriscuimus ignes casiboro?

AMN.

AMN. Tacere liceat, qua potiri non licet.
 ION. Summe quisquam sonus in damnum silet?
 AMN. Summe quisq; a loquitur in crimen sciens?
 ION. Fortasse amantem Veneris abiecta prijet.
 AMN. Imo repulsa ignobilem casum horreo.
 ION. Qua tam superba regis ut natum murus
 Lecto recusat? AMN. Que patrem, regem vocas,
 Et Absalom pulchra germanorummet.
 ION. An in sororem cæcus erravit calor?
 AMN. Ignoscit falso. ION. Mentis afflictæ piget.
 AMN. Et ipse turpes damno queis voro faces.
 ION. Quid illa amoris dura dissennit tuo?
 AMN. Huc et q; tacitis oſibus flagrat dolor,
 Vixq; ipse tantum credidi crimen mihi.
 ION. rulſe primum stirpiter decuit malum,
 Antiqua medicas plaga detrectat manus.
 AMN. Dum pugnat animus, inq; diversum furent
 Luctauit eis, tabidum haut solo operit
 Amore corpus, nocuit & sanctus pudor.
 Partes uterq; morbus absolvit suas.
 En quod redigit dura pugnantem Venus;
 Morientis umbram vivus Amnonis trahit
 ION. Ergo premetur mortis invicta soror,
 Odiumque amata fratris extincti feret?
 Tam dira potius nostra prævertat fides.

A S

AMN.

AMN. In me salutis nulla spes restat mea;
 Aliquid furori, finge, concedam improbo;
 Primum est faceri. scilicet fasso soror
 Præbebit aures? proximum, incertas preces
 Tentare. vanas contumax spernet preces.
 Nec rapere turum est: virginum catus comes
 Clamore amantem prodet. Ensumam rei;
 Succurre: poscit perditus curam status.
 ION. Consilia nullum sana repperiunt lacum;
 Fraus una superest. AMN. Cauta cui fraudi patet,
 Quam claustra regis & frequens comitum fides.
 Cunctisque servat firmior claustris pudor?
 ION. Scrutemur omnes rebus angustis vias:
 Virtute, precibus, arte, blanditijs, minis.
 AMN. Quivis honeste serviat vita modus.
 ION. In spem salutis pectus erectum micat,
 Sui sed ipse machinas horret dolé.
 Servare regni suadet hæredem fides,
 Deserere pietas. AMN. Maius haec maius malum
 Læsiq; pietas implicat regni scelus.
 Vitium est pudoris, proximum Regi caput
 Ob crimen anceps in necem certam dare.
 Nos nos iubemus: nostra succedit fides.
 In me redibit facinus authorem tuum.
 At tu profare, fraude qua votis fruari?

ION.


ION. Capiendam orbo est, causa qua morbi fuit.
 AM Ne parce vita, vota sunt rani mea.
 Mercede vili qualibet stabit Venus.
 ION. Vecors miserias morte permittat furor;
 Fraus hac amores pariter & vitam dabit.
 AM. Quin maceratae prome solamen spei,
 ION. Exile longis corpus exhaustum malis,
 Fidem periclo facile maiori dabit:
 Geminetur astu morbus, & trepidi patris
 Flectatur animus: ille defixum thoro
 Inviset ultro; teque languentem pio
 Mulcebit ore; tempus hoc partes tuas
 Tibi relinquit. Corde percuso pater
 Quid non saluti trifis impenderi uas?
 Queis non lacesset debilem mensis famem?
 At tu palati segne causatus malum,
 Fastidiosus sperne qua dantur dapes.
 Donec paterna vicerint agrum preces,
 Sibig, credant quod cibum admittas dari:
 Tunc voce, qualis semivivo convenit,
 Benigne genitor, quando me in vitam vocas.
 Prafectamensis sola sit nostris soror.
 Subiunge; suaves illa, si quis quam, dates
 Miscebit agro: cupiet actutum pater,
 Tu siq; gaudens sistet incertam thoris.

Ea

*Tu reliqua perage. AM. Scilicet, doctum mones;
Iste nec villam postulant frades moram,
Nostra salutis. namque iam dudum timeret.*

CHORVS.

*Prisci progenies nobilis Abrabae,
Ipsum qua serie perpetua Deum
Uritis anima tangis amoribus,
Cognati & vigens semine numinis
Misces sidereum cœlitibus caput,
Purgati pateat regia pectoris,
Nil vulgare fero. sed quibus occidit,
In felix iterum criminibus salus
Humani generis. Vix liquido sollem
Amplexu medium circuijt mares,
Vix signis gemini dispositis poli
Ducebant choreas. Vix faciles opes
Mandati dominus fuderat ubere.
Nec dum qui caperet aut decus aut modum
Admirator erat, cum pater, arbitrium
Quid cœsamus, ait. fingere? quem neque
Prefectura novi dederat soli,
Exemplumne mei. scilicet & rñdem*

*trium**Gle-*

*Glebam non rudibus sub digitis iubet
Formari in faciem, quam prius halitus
Dignatus similem constituit sua,
Quo fas usque finit. Nec tamen hactenus
Sortis summa stetit. Sed placuit virusto,
Disuncta solidum vindere femina,
Secretisque duos tradere gaudijs.
Ergo compositis luminibus sopor
Fæcundat generis perpetui patrem,
Donec magnaniam costarum viraginem
Iuris participem individui daret.
Ibat par dominans, & reverentia
Majestate, feris, arboribus, solo,
Et ius et sonitum nominis indidit.
Felix si faciles femina strictius
Interdicta oculos posuit ab arbore
Avertisse tamen. Vicit amabilis
Heu poni facies. vici, & impio
Mor su progeniem nondum etiam suauis,
Et se cum misero coniuge perdidit.
Tunc demum sceleris vidit acumine,
Quidquid transierat simplicitas viri,
Confessusque suam nequitiam pudor,
Cassarum latitans tegmine frondium,
Irati faciem iudicis horruit.*

Extrem.

THAMARA

Exemplorabies lexque inamabilis
 Mortis seposita, corripuit gradum.
 Ignoransq; aciem perspicuam nimis
 Invadit tenebris. Quam cuperent Deum
 Contempti facinus falleret impiori.
 Saltim debuerat lumina cautor
 Inconsulto novis stringere pressus
 Frenu posteritas. Sed sceleri nefas
 Saecles adiicitur deterioribus.
 Formosae rabido flagrat adultere
 Spectu soboles degener, & faces
 A non legitimo fornicite concipit.
 Nec praeter speciem quod placuit fuit.
 Et iam deciderant crimen in alterum
 Recordes oculi. Sed neque segnus
 Infamem populum funditus eruit
 Extinxitque faces nubibus improbas,
 In vultus placitos supplicium pluens.
 Non frustra moneo: discire noxijs
 Legem luminibus ponere, discite
 Concesso Venerem claudere limite.
 Dissentire pie pectora lubricis
 Assuecant oculis, sitque aliquod decus,
 Recto quod liceat cernere lumine.
 Nec flammas facie qualibet excites

Sanctus

TRAGOEDIA

tert Sanctus compositis motus ab ignibus.
 Vidi qui patris liberoribus
 Vulcanum patulo crederet aeri
 Securus segetis, quam facilis levem
 Ventorum stipulam crimine perderet.
 Ni stet flamma py pectoris innocens
 Intra non vetit a septa libidinis
 Ipsos cum populis corripiet duces,
 Euertetq; domos, quas liciitis sovet,
 Debacchans facibus non liciitis Venus.
 Et nostris positam credite finibus
 Effrenes oculos qua trahat arborem,
 Sed quam jure Deus non nimis aspero
 Actum legitimi juris in ordinem
 Promis et iam fructibus instruit;
 Casta qui sapitis carpite dextra,
 Suspensi q; gradu gaudia, quæ pater
 Commendat placide lege modestiae,
 Prescriptisque bonus temperat ignibus.
 Si quem non moveat fas reverentia,
 Nec faedis animum subtrahat astibus,
 Ultoris gladium sentiet Angeli
 His flamas etiam fundere faculis.
 Fines queis moveat sentiet improbos
 Et nunc esse Deo, nec facilem minus
 Quam nos in facinus numinis impetum.

THAMARA
ACTVS SECUNDVS.
DAVID

IGnosce cælum, tuq; quo semper duce
Quascumque felix ruit arumnas labor.
Cæli imperator; si quid aff cætus dolor
Victos paternus cogat, & fracti senis
Virtus aberret. Genua convellit timor.
Quin ille duris acer, indomitus, rigens,
Animus, secundis cedit: atque impar bonis.
Qua forte finxit ipse, formidat mala.
Sui ne nostra deficit votis fides,
Fideiue mendax deficit nostra Deus?
At non Odolla tecus inf. mi specu,
Soceroque toto pressus & bello j. mul,
Sperare timui: victor & tutum statu
Regnum beacion. etus, aur horis ratam
Dannem timendo rebus in latiis fidem.
Quis iste torpor, qui que constictas vigor
Glaciat medullas, sanguinem in massam ligans?
Non est metus: non est meus: maior moves
Animum tumulus: augur est tanus super.
Miseria clades ipsa divinat suas.
Instat sereno fœda tempestas polo,
Cum lene nullo murmurat vento salum,

Plano.

TRAGOEDIA

Vtroque motos nurritat stridor Notos.
Nec p. etus hoj; is istud externus quatit;
Nostrum subiectu ille suscepit iugum,
Placidig flore et sinibus regni quies.
Namque & profana cultor sistantes Moab
Mensura duplicitis funis extinctus iacet.
Et qui Damasco bella sociata intulit
Sobat tyrannus, cessit invictus via
Ad mox eodem Marte vincendos Syros.
Sic dum triumpho perit Euphrates meo,
Ipsum triumphis incenit causas iter.
Immane fortis excusimus fratum manu,
Et vim tributi: quodq; nos solvat dari
Tribuit, Idume reddet, ac tandem luit
Deiecta turpem genitum invicta notam,
Veterisq; servitutis erudit probra.
Quodcumque proactis Numen addixit soli
Me Rege colitur. Danis hinc fontem bibunt
Libanique nostri culta pendens secant:
Illinc arenis Bersabe siccis calens.
Excludit hostem: cingimur leva frcto
Quod occidentem ducit ad Gades diem,
Dextra remotus prospicit tutos Arabs,
Et molle leni mulcet iffatu solum.
Iam pauciores Eetus, & pisces Dagon

B

F

Permisus aras numine infando occupant,
 Lucisque rarus friget eversis focus.
 Contra potentis asserit vires Dei
 Et fædus arca: teque quo fornix poli
 Impletur uno, cuius immensum undique
 Spatia universi vincit, & tantum sui
 Fines coercent, stirpis electæ inclytum
 Hac hac ab urbe regibus monstrat patrem.
 Sarrana dominum sceptra Iudaum tremunt,
 Et comis Emath, quique legatis procul
 Secunda misis bella venerari iubent.
 Nec si novatas asperent gentes manus,
 Orienſq; vires totus unitas trahat,
 Trepidemus arma. Fundat extremo ferox
 Æthiopas amne Nilus, & pœti ruant
 In bella Seres, Parthus intendat fugam
 Pariti erque nervos; Susa deducant viros,
 Pharetrasq; in unum exhauiant omnes ducent;
 Iungatur alius orbis, & quidquid vagus
 Schytes minatur, quidquid Euxinum latus
 In arma nutrit, Colchico ferrum impie
 Acuens venceno Tanais & Phasis manus;
 Ipsa q; ab Arcto iungat extremus Geta,
 Sint q; una mundi castra; nil hostes moror,
 Munitus illo quo steti semper Deo,

Ergo

Ergo alia maior causa turbatum quatit;
 Iufesque trepidum principem in motus agit.
 Non sic minacū ira subſaet Dei;
 Gravem citate turbinem novi manus.
 Eheu paratos rurus ad luctus vocor,
 Novisq; causas fata lamentis struunt.
 Nec frangit acrem vanam formido virum,
 Sed nos ab ipso discimus telo peti:
 Obliquat iram, meque sic gravius ferit
 Cum dira plagiis dextra transversis ruit,
 Quæ tanta fartoſ damna convellunt lares,
 Meisq; dudum bella cum votis gerunt?
 Hoc hoc nocere est, cum nocet natus malum.
 Vix ecce rapi nuper infinitis coit
 In ſe cicatrix. maior invadit dolor
 Iterum parentem, meq; robusta moveat
 Etate natus: natus afflcta domus
 Spes certa, & annis maximum feſſis decus:
 Ille ille languet natus, & tristes timet
 Acherontis undas. Placuit hoc placuit polo?
 Non potuit aliud fulmen infaustum patrem
 Repetere toties, unius nostrum caput
 Tenuiſſet. Turba florentis domus
 Vel dividenti ſufficit paenas deo.
 Nectemere clades ille confundit meas

B 2

Dispo.

*Disposita veniunt, gravius ut veniant, mala.
Insans in ormen cecidit, in veatum cubat
Feriendus Amnon vulnus, & fractam domum
Mærore pariter, pariter exemplio movet.
Sue quia ultra spondeat genti senex?
Si nec tenellos innocens atas tegit,
Iuveneris nullus ordo nascendi juvat,
Cur dubitet omne stirpis incerte genus?
Pœnam undecumque patimur. Hinc falsi puer
Impar feroci moris aspectu jacet,
Soloq; monstri territus culu occidit.
Illuc potente forcis intendent manu,
Plenaisque Parca juvenis abrumpt colos.
Primi ultimiq; strage quid medios velint
Sperare planum est. Sic suos facilis juvat?
Errata sic condonat, & scelerum pins
Pœnas remittit? pars quid si posceret
Et nos iniquo cerneret vultu Deus,
Homicida ferrem gravius aut machus malum?
Laterem mallem, & patrios passor greges
Solo timendus ducere in saitus pedo.
Non ambientes incidit sceptrum in manus.
Cur sceleris nobis imputas regni pater?
An quod vocasti sortis hoc summa malum,
Vitiumque reges moris humani tenet;*

*Peccare cupiunt posse cum tuto datur.
At tu quousque? criminum dudum piget,
Haeretque tardus aridis humor genis:
Miserere Genitor. Petitur in nato parens,
Tuumque regem morbus Ammonis premit.
Cur in novercam crimen, ad iusti quoque
Natos redundet, clade permista, thori?
Amata pellec liberis iustis nucet.
Tam serva nunquam monuit iratus licet.
Interpres ille numinis laeti Nathan:
Et morte pueri credidi falso scelus
Satis piatum. pœna sc iuxta suum
Nefas stetisset. Sparsumus cinerem comis,
Artusq; fædo affliximus tristes solo,
Si forte vitam victus infanti daret,
Qui nunc necem minatur Ammoni Deus:
At ille(facinus!) rapuit & puerum simul
Telumq; in istud alterum amentat caput.
Non sicut tamen promissa constringes pater,
Trepidusq; in arctum vota stipabis spei,
Ut cedat animus. tota decrescat domus,
Oculoq; nato claudat extremo parens
Divisus in tot funera, & factæ fluant
Anni inventæ, pascar occulto tamen
Calis favore. Cuncta præcidat Deus*

(ct)

*Non tolleat vñquam credere Infirma est fides
Ratione nixa. Releget exhaustos prius,
Anno s̄g, Lache si reddet elapsos seni,
Cineresque sobole fata mutabunt meos,
Iurata genti sceptrā quam tollant pia,
Hæres s̄g de sit fæderis tanti capax.
Sic prisca quondam generis aterni patrem,
Cum iam sub ictu trepida spes faret metus
Mirata pietas, certius vidit patrem.
Nostram cadendo stare stat fatis domum.
Sed quid moramur? morbus Ammonis vocat
Intro parentem. pressus abdatur dolor,
Tristesq; fortis hauriat lachrimas metus:
Deductus agros vultus occulte fovet.*

CHORVS.

*S Olymatus res, firmaq; Sion
Edita rupe, cuius muris
Habitat sancti fæderis arca,
Soloque ratum numine sacrum,
Quam fatidici principis arma
Miserent victus regibus astris,
Ornatq; sui nominis heros
Felix titulo: cingere seris*

Miss

*Mitis olive, celsumq; caput
Aude lati credere rebus.
Stant immoto jurata Deo
Regna piorum, sponsoque nepos
Atavis fruitur rege beatus,
Et non refugis amplius agris.
Salve populo promise pater,
Faciliſq; tuas accipe laudes,
Imperij decus, & sanctæ spes altera Gentis;
Cuius inexhaustum caelo vis entheo pectus
Implet, & ingentem reddit post secula Mosen.
Aude armis invictè pijs: te limite nullo
Tempora, nec vasti capiant spatia ultima mundi.
Quod primatue gloria fame
Calcavit iter? quam certa dedit
Non plebeia elementa spei?
Tu spumantem deicis aprum,
Celsiā premis colla leonis,
Nemorisque puer jam terror eras.
Tua non annis sed signatur
Meritis etas. Vidimus unum
Quo libertas publica nuper
Has sit ephebum: regni iam tunc
Mercede gigas pendens erat.
Dum palma prior gradus est palma*

B 4

Septe

Sepe sequentis, notum est pretium
 Bis centenis flebile nuptis,
 Quo pacta Michol.
 Seu te soripes in bella vehat,
 Scute levibus gloria plantus;
 Quicunque rotis fervidus ensens,
 Mors atra volat, multoq; natans
 Sanguine campi.
 Idem gratia munere pacis,
 Iusti normam p. incipit impletus.
 Tu voce Deum facilem nostris
 Viuis placas tua testudo.
 Omnes meruit carmine laudes,
 Dum canis whereo nascendum e semine regens;
 Subiectis placidum, de vestis hostibus acrem;
 Sive virum nulla celebrem contage malorum,
 Ad bore de pinguis, riguo que cespitate surgens
 In onso altrices obscurat stipite lymphas:
 Seu tempestates famulis, ventosq; paratos
 Ad mundita Dei, bigeque in nubibus infar,
 Magnifico resonas plectro: sive horrida legum
 Scitare fers, durosque patres: aut voce suavi
 Jurataque fidem venturaque secula pandit,
 Nec tui tantum pietas nervis
 Sanctos dicitur molibus hymnos,

preferat

Praferre parum est gaudia verbis:
 Te fatalem vidit cistam
 Saltante sequi, placidique Dei
 Propius numen sensit iuda.
 Proh Nilacae sisira iurence,
 Maculisque tuis vanior Apis,
 Sperate vice! Exult veteres
 Non sic populus projicit iras:
 Haret memori pectore Cenchres,
 Et non ultra debere potest,
 Mixtus paenam cum bile pudor:
 Tantos animus ventilat ignes!
 Vix haec poscunt vix bella tuas
 Rec magne manus. da magnanimitis
 Hoc prima parens praelia natis.
 Pollens multa regia prole
 Vehat ingentem quaecunque patrem,
 Satrapaque tuos utraque calens
 Face, diversus sentiat orbis,
 Carpantque novas undique latus.
 Tuque ante omnes nobilis Amnon
 Sors prima domus, quo non aliud
 Maiore pater stringit amor:
 Spem perpetui conceipe regni,
 Et te fatis trade futuris:

E.S.

Hoc

